

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Passio S. Andreæ Apostoli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](#)

## NOVEMBER.

696

habitum, ornatum sanctissimam matris Dei illis explicauit, addens, pulchritudinem eius neminem satis posse admirari: sanctas autem virgines Teclam & Agnem, tam ex vultu, quam vestitu, potuisse dignosci.

Cap. 14.

Porro exactis triennijs & sex mensium spatij, de quibus supra dictum est, in pago Trente febre correptus, ocyli iubet suos inde secū proficisci, nē febre inualeat, manere illic cogeretur. Hyeme enim non facilē ex eo pago potest quispiam eire. Ille verò sciebat adesse iam tempus migrationis sua. Etsi autem morbo eius omnes affligerentur, tamen morem illi gerentes, coepérunt iter habere ad Oeramarsem, ubi si sui permitterent, sepultutā locum ille sibi delegerat. Paruum tum illic oratorium erat, ubi saepē ille manere solebat, quod amēno loco situm est. Illic ergo pro voto rebus suis constitutis, non Dei famulatu defessus, non morbi fractus: sed vultu hilaris, mortem nihil meruens, quippe ad Christi coniuicium iuitatus, corpore iam praeortuo, spiritu magis magisque viuificabatur. Nec quicquam sciebat labia, cum extremas duceret horas, mirumque in modum ita psalmos de in extremis promebat, ut ijs, qui aderant, lachrymarum imbrē exprimeret. Planeque gaudenti similis, quod lingua moueri potuit, & halitus relictus erat, inter psalmos idem repetebat Antiphonam illam, Ecce lati &c. quae est prima in beati Martin Confessorum principis ab ipso compositis Responsorijs. Nec dubium erat inter Vallatum beatissimis Angelicis spiritibus, nihil tenebrarum pertinuisse monstra. Sed neque credimus longe absuisse Martinum eximium praefullem, specialem per tronum eius, quem toties canora voce salutare videbatur. Tadē mense Novembris ad extrema tendente, ipse quoquidem clausit extrellum, felicissime migrans ad Dominum. Sanctum cum autem corpus mox retro impositum, Clerus & populus omnis cum hymnis & psalmodijs in primis reuerenter & honorificè Dauentriam perduxerunt. Cumque iam oppido appropinquarent, incola eius omnes incelsis animis obuiā processerunt: atque ita permixtis lugentium & pallientium vocibus, sacrum corpus in ecclesiam importatum, ea parte, qua Septētrionem spectat, humatum est: spiritu exultante & perfruente gaudio Domini sui, cui in hac vita seruierat: Cui est honor, & potestas, & gloria per infinita secula, Amen.

PASSIO SANCTI ANDREÆ APOSTOLI PER  
PRESBYTEROS ET DIACONOS ECCLESiarVM  
*Achaiae scripta. Habetur apud Aloysium. Nos capita mar-  
gini apposuimus.*

Nouēb. 30.  
Cap. 1.

Si unus &  
id est spiritus  
in Patre &  
Filio, ergo  
ab unoque  
procedit.

Cap. 2.  
S. Andreas  
constanter  
se opponit  
Aegaeo pro-  
consuli.

ASSIONEM sancti Apostoli Andreæ, quam oculis nostris vidimus, omnes presbyteri & diacones Ecclesiarum Achaiae, scribimus vniuersis Ecclesijs, quae sunt in Oriente, & Occidente, & Meridiano, & Septentrione, in Christi nomine constitutis: Pax vobis, & vniuersis, qui credunt unum Deum in Trinitate perfectum, verum patrem ingenitum, verum filium vngeneritum, verum spiritum sanctum procedentem ex patre, in filio permanentem, ut ostendatur unus spiritus esse in parte & filio: & hoc esse vngeneritum filium, quod est & ille, qui genuit. Hanc fidem didicimus a sancto Andrea, Apostolo Domini nostri Iesu Christi: cuius passionem, quam coram positi vidimus, prout possumus, explicamus.

Proconsul itaque Aegaeas Patras ciuitatem ingressus, coepit compellere credentes Christo ad sacrificia idolorum. Cui occursens S. Andreas, dixit: Oportebat vobis, qui iudex esse hominum comprobaris, iudicem tuum, qui est in celo, cognoscere, & agnitionem coleres, & colendo eum, qui verus Deus est, ab his, qui veri dicens non sunt, animum reuocares. Cui Aegaeas dixit: Tu es Andreas, qui destruistis templorum, & suades hominibus superstitionem illam sequam, quā nupèr detectam Romanis principes exterminari iusserūt? Andreas dixit: Romani principes nondum cognoverunt hoc, quod pro salute hominum veniens Dei filius, docuerit ista idola non solum deos non esse, sed esse daemona pessima, & inimica humano generi.

qui hoc docent homines, vnde offendatur Deus, vt dum offensus fuerit, auertatur, & non exaudiat: & cum auersus fuerit, & non exaudierit, habeantur a diabolo ipsi captivi, & tanti eos deludat, quandiu de corpore excent rei & nudi, nihil secum praeter peccata portantes.

Aegaeas dixit: Ita superstitionis & vana verba Iesus vester dum prædicaret, Iudei il. Cap.3. lum crucis patibulo affixerunt. Andreas respondit: O si velles scire mysterium Cru- Mysterium crucis, quam rationabilis charitate author humani generis pro restauratione nostra hoc Crucis patibulum non inuitus, sed sponte suscepit. Aegeas dixit: Cum traditus esse Cap.3. ratur a suo discipulo, & a Iudeis tentus, & Præsidii adductus, & ad petitionem Iudei. Mors Christi. subrum a militibus Præsidis crucifixus, quomodo tu dicis eum spontaneum Crucis subisse patibulum? Andreas respondit: Ideo ego dico spontaneum, quoniam simul cum ipso fui, cum a suo discipulo traduceretur: & antequam traduceretur, dixit nobis, quod Luc.18. tradendus es, & crucifigendus pro salute hominum: & die tertia resurrectorum se esse prædictus. Cui cum frater meus Petrus diceret: Proprius es tibi, Domine, non Matt.16. siatis tu: Indignatus, sic ait Petro: Vade retro satana, quia non sapis ea, que sunt Dei. Eripliens nos instrueret, quomodo sponte passionem susciperet, dicebat nobis: Porcellatum habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi Iohann.10. eam. Ad ultimum dum coenat nobiscum, & diceret: Vnus vestrum me tradiditurs Matt.26. est, & ad istam vocem omnes contristaremus: ne suspensos cogitatio trucidaret, ait: Cui dedero panis fragmentum de manu mea, ipse est. Et cum dedisset vni ex conditio Iohann.13. scipulis nostris, & futura quasi iam praterita narraret, docuit se voluntate fuisse tra- ditum, cum nec traditorem fugiendo deseruit, & in loco, quo illum sciebat ventu- rum esse, permanxit.

Aegaeas dixit: Miror te prudentem virum, istum velle sectari, quem quoquo pacto, Cap.4. aut sponte, aut inuitum, Crucis tamen confiteris affixum. Andreas respondit: Hoc est, quod etiam me dixisse iam retines, Magnum est mysterium Crucis: Quod si for- te volueris audire, retexam. Aegeas dixit: Mysterium non potest dici, sed supplicium, Andreas dixit: Ipsum supplicium, mysterium restaurationis humanae, si patienter audias, comprobabis. Aegeas dixit: Ego quidem patienter te audiam: sed tu si me Non expa- obtemperanter non audieris, ipsum Crucis mysterium in te ipso excipes. Andreas udeficit Crucis supplici- respondit: Ego si Crucis patibulum expauecerem, Crucis gloriam non predicarem. um Aposto- Aegeas dixit: Insanus sermo tuus praedicit gloriam supplicij, qui per audaciam pcc- lus. nam non times mortis. Andreas respôdit: Non per audaciam, sed per fidem, poenam non timeo mortis. Mors enim iustorum, preocia est: mors vero peccatorum, pessima. Et idem audire te volo Crucis mysterium, ut agnatum forsitan credas, & credens ad restaurationem tuæ animæ quoquè pertingas. Aegeas dixit: Restauratur hoc, quod perisse docetur. Nunquid anima mea perire, vt ad eius me restaurationem venire per fidem, nescio quam, tu asferas?

Andreas respondit: Hoc est, quod te discere desiderabam, vt dum perditas animas Cap.5. hominum docero, istam restaurationem earum per Crucis mysterium pandam. Primum enim homo per lignum prævaricationis mortem induxit, & necessarium hoc Gen.3. erat generi humano, vt per lignum passionis, mors, qua ingressa fuerat, pelleretur. Docet Ae- Et quomodo de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum præ- gnam myste- rum S. Cru- uariacionis mundo mortem intulerat: necessarium fuit, vt de immaculata Virgine cis. natus Christus perfectus homo, qui est Dei filius, qui primum hominem fecerat, vi- tan aeternam, quam perdiderant omnes, repararet: ac de ligno Crucis lignum con- cupiscentie excluderet: panderet in Cruce immaculatas manus pro manibus inconti- nenter extensis: pro suaui cibo arboris verita, ecam fellis acciperet: & in se susci- piens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem offerret.

Aegaeas dixit: Ita verba illis narrare debes, qui tibi credunt: mihi autem nisi hoc Cap.6. confidens, vt sacrificium diis omnipotentibus offeras, in ipsa cruce, quam laudas, te fulgitum affigi precipiam. Andreas respondit: Omnipotenti Deo, qui vnum & ve. Preclarum te- stimoniū sa- ciūficij Mis- fice, & veri corporis Christi in Eucharistia

rus est, ego omni die sacrificio, non thuris sumum, nec taurorum mugientium carnes, nechirorum sanguinem: sed immaculatum agnum quotidie in altari Crucis sacri- ficio: cuius carnes posteaquam omnis populus credentium manducauerit, & eius sanguinem biberit, agnus, qui sacrificatus est, integer perseuerat & viuus: & cum verè sacrificatus sit, & verè carnes eius manducatae sint à populo, & verè sanguis eius sit haustus, tamen (vt dixi) integer permanet, & immaculatus, & viuus. Aegeas dixit:

Nnn

Quo-

Quomodo potest hoc fieri? Andreas respondit: Si vis discere, quomodo hoc potest fieri, assume formam discipuli, ut possis doceri, quod queris. Aegeas dixit: Ego à tormentis exigam huius rei notitiam. Andreas dixit: Miror te hominem prudentem tam stulte locutum. Ergo tu tormentis putas me diuina tibi pandere sacrificia? Audisti mysterium Crucis, audisti mysterium sacrificij. Si credideris Christum filium Dei, qui crucifixus est à Iudeis, verum Deum esse, pandam tibi quo ordine oculi viuat agnus: qui cùm sacrificatus fuerit, & comes, integer tamen & immaculatus in suo regno permaneat. Aegeas dixit: Cùm sit occisus, & ab omni populo (valescens) deoratus, quomodo integer perseverat, & viuus? Andreas respondit: Si credideris ex toto corde tuo, discere poteris: si non credideris, penitus nunquam tu ad indicem huius veritatis attinges.

**Cap.7.** Tunc iratus Aegeas, iussit eum in carcerem retrudi. Vbi cùm esset clausus, venit S. Andreas ad eum multitudine penè totius prouinciae, ita ut Aegeam vellent occidere, & Andram ad Apostolum, fratrem ianuis carceris, liberare. Quos S. Andreas his verbis admonuit. Nolite quietem Domini nostri Iesu Christi in seditionem diabolicam excitare. Nam traditus Dominus omnem patientiam præbuit: non contendit, neque clamatur nec in plateis aliquis eum clamantem audiuit. Habet ergo silentium, quietem & pacem: & non solum meum martyrium nolite impeditre, verum etiam vos ipsos quantum athletas Domini præparate, vt vincatis minas intrepido animo: plagas autem tolerantiam corporis supereritis. Si enim terror timendus est, ille est triquætimendus qui finem non habet. Nam humanus timor fumo similis est, & subito, cum excitatus fuerit, euaneat. Et si dolores timendi sunt, illi sunt formidandi, qui sic incipiunt, non nunquam finiuntur. Ipsi enim dolores aut leues sunt, & tolerantur: aut graves sunt & citè animam ejiciunt. Illi autem dolores æterni sunt, vbi est quotidianus fleus, & mugitus, & luctus, & sine fine cruciatus, ad quem Proconsul Aegeas ire non timeret. Estote ergo magis parati ad hoc, vt per tribulationes temporales ad aeternam gaudia pertingatis: vbi semper letemini, semper floreatis, semperque cum Christo regnetis.

**Cap.8.** Hæc, & his similia sancto Andrea apostolo per totam noctem populum admonente, dum lux diei in matutino prorumperet, misit Aegeas, & ad duxit ad iherusalem Andream, ac sedes pro tribunali, dixit: Existimauit te nocturna cogitatione reuocare animū tuum à stultitia, & à Christi tui laude cessare, vt posses nobiscum non amittere gaudia vita. Stultum est enim, ultra velle ad passionem Crucis ire, & ignibus aflammis te ipsum pessimis destinare. Andreas respondit: Gaudia tecum habere potero, si credens Christo, dimittas culturas idolorum. Christus enim me misit ad istam prouinciam, in qua non paruum populum ei acquisiui. Aegeas dixit: Ideo te sacrificare compello, vt isti, qui per te decepti sunt populi, relinquant vanitatem tuae doctrinæ, & ipsi diis offerant grata libamina. Nulla enim remansit in Achaea ciuitas, in qua templa deorum derelicta non sint, & deserta. Nunc ergo per te reflueat cultura deorum, vt & dij, qui contra te irati sunt, placari possint, & in nostra polis amicitia permanere. Sin aliás, diuersa pro defensione deorum patieris supplicia, & post omnia Crucis, quain laudasti, paribulo suspensus desicies. Andreas respondit: Audit filii mortis, & si pupa eternis parata incendijs, audi me seruum Domini & apostoli Iesu Christi. Nunc viisque mitius tecum egredi censura fidei, vt rationis capax, & veritas defensor effectus, idola vana contempneres, & Deum, qui in calis est, adorares. Sed quia in impudentia tua perdurans, me putas minus tuas posse formidare, quicquid tibi videtur in supplicijs maius, ex cogita. Tanto enim meo Regi ero acceptior, quanto pro eius nomine fuero permanens in tormentis confessor.

**Cap.19.** Tunc Aegeas iussit eum flagellis cædi extensem. Qui cùm septem terniones transisset, elevatus est, atque adductus ante eum. Cui Aegeas dixit: Audime Andrea, & ab effusione sanguinis consilium reuoca. Quod si non feceris, Crucis te faciam interire paribulo. Andreas dixit: Ego Crucis Christi seruus sum, & Crucis trophaeum optare potius debeo, quam timere. Tibi autem cruciatus æternus qui debetur, poteris evadere, si postquam probaueris perseverantiam meam, vel sic credideris Christo. Ego enim de tuo interitu timeo: non de mea passione concurbor. Passio enim mea aut unius diei spatum occupat, aut duorum, vt multum: Tuus autem cruciatus nec per millia annorum potest peruenire ad finem. Unde desine iam miserias tuas augmentare, & ignem ipse tu tibi æternum accendere noli. Tunc indignatur Aegeas, cruci cum affigi præcepit, mandans hoc quæstionarijs, vt ligatis pedibus &

SUTI

9b  
RTV

Confusat  
suo Apo-  
stolus.

Cap.8.  
Rursus ad  
tribunal du-  
citur.

En quārum  
efficerit in  
Achaea S.  
Andreas.

Magna li-  
beritas & co-  
stantia eius.

Cap.19.  
Dirè flagel-  
latur.

Cōdemna-  
tur.

manibus, quasi in ecclieo tenderetur, nè clavis affixus, citò desiceret, sed cruciaretur potius longo cruciatu. Cumque eum carnicies ducerent, ut crucifigeretur, concursus factus est populorum, clamantium ac dicentium: Iustus homo & amicus Dei, quid fecit ut ducatur ad crucem? Andreas vero rogabat populum, ut non impediret passionem eius. Gaudens enim, & exultans ibat, & à doctrina non cessans.

Cumque peruenisset ad locum, ubi crux parata erat, videns eam à longe, exclama- Cap. 10.  
uit voce magna, dicens. Salve Crux, que in corpore Christi dedicata es, & ex membro- Ecce tibi  
rum eius margaritis ornata. Antequam te ascenderet Dominus, timorem terrenum Apostolum  
habuisti: modo vero amorem celestem obtinens, pro voto susciperis. Sciris enim à tanq; ad epu- ad crucem  
credentibus, quanta intra te gaudia habeas, quanta munera preparata. Securus ergo las prope-  
& gaudens venio ad te, ita vt & tu exultas suscipias me discipulum eius, qui pependit  
in te: quia amator tuus semper fui, & desideravi amplecti te. O bona Crux, qua de-  
corum & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicité  
amata, sine intermissione quæsita, & aliquando iam concupiscenti animo preparata:  
accipe me ab hominibus, & reddere me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per  
te redemit me. Et hoc dicens, expoliavit se, & vestimenta sua tradidit carnicibus.

Qui accedentes, leuauerunt eum in crucem, & extendentes funibus totum corpus In cruce  
eius (sciret iussu fuerat) suspenderunt. Adstantes vero erant turba ad viginti mil- suspeditur.  
lia hominum, inter quos erat frater Aegeas, nomine Stratocles, qui simul clamabat  
cum populo, iniusto iudicio sanctum virum hoc pati. Sanctus vero Andreas con-  
forbat mentes credentium Christo, & hortabatur ad tolerantiam temporalem,  
docens nihil esse dignum passionis ad aeternam remunerationem compensationem.

Intraea vadit omnis populus cum clamore ad domum Aegeas, & omnes pariter Cap. 11.  
clamantes, dicebant: Virum sanctum, pudicum, ornatum moribus, bonum docto-  
rem, pius, modestus, rationabilis non hoc debere pati, sed debere deponi de cruce:  
quia iam secunda die in cruce positus, veritatem prædicare non cessat. Tunc Aegeas Coactus Ac-  
pauescens populum, & promittens se eum deponere, simul coepit ire. Quem videns geas à popu-  
S. Andreas, dixit: Quid tu ad nos, Aegea, venisti? Si vis credere Christo, sicut promisi, de cruce de-  
aperierit tibi via indulgentiae. Si autem venisti ad hoc tantum, vt me solius, ego pe-  
nitus hinc de ista cruce viuens in corpore deponi non potero. Iam enim Regem  
meum video, iam adoro, iam conspectui eius consisto. Sed de tuis miserijs doleo:  
quia paratus te expectat aeternus interitus. Curre pro te miser, dum adhuc potes, nè  
tunc incipias velle, cum non poteris. Mittentes autem manus ad crucem carnicies, frustra co-  
non poterant penitus contingere eum. Et subinde alijs & alijs ingerentes se, vt folue-  
rent eum, & nullus poterat pertingere ad eum. Stupebant enim brachia eorum, canifices  
quicunque se extendisset ad soluendum eum.

Tunc voce magna sanctus Andreas dixit: Nè permittas, Domine Iesu Christe, me Cap. 12.  
famulum tuum, qui propter nomē tuum pendeo in cruce, solui: nec permittas eum, Vnde pectus  
qui iam per crucem tuam, cognovit magnitudinem tuam, ab Aegea, homine corrup- Clitifi amo  
ptili, humiliari: sed suscipe me tu, magister meus Christe, quem dilexi, quem cognovi, re flagran-  
quam confiteor, quem cernere desidero, in quo sum quod sum. Suscipe Domine  
Iesu Christe spiritum meum in pace: quia iam tempus est, vt veniam, desiderans te  
videre. Suscipe me Domine Iesu Christe magister bone, & iube me de ista cruce non  
deponi, nisi prius spiritum meum susciperis. Et cum hæc dixisset, videntibus cunctis,  
splendor nimius, sicut fulgor de celo veniens, ita circundedit eum, vt penitus pra-  
ipso splendore oculi eum humani non possent adspicere. Cumque permäisset splen- Reddit spi-  
dor ferè dimidia hora spatio, abscedente lumine, emisit spiritum, simul cum ipso lu-  
mine pergens ad Dominum, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Quædam vero foemina, nomine Maximilla, senatrix in specu posita, diligens pudi- Cap. 13.  
citatem & sanctitatem, statim vt cognovit Apostolum perrexisse ad Dominum, acceler- Maximilla  
sit ad crucem, & suorum solatio cum omni reverentia depositus corpus, & conditum cum sepelit  
aromatibus, & in loco, quo se constituerat sepeliendam, illic eum sepeluit. Aegeas  
vero iratus contra populum, disponebat contestationem publicam facere, & ad  
Cæarem accusationem contra Maximillam & populum destinare. Sed dum or-  
dinat, in conspectu officij sui à diabolo arreptus est, & in medio foro ciuitatis vo- Aegeas in-  
latus, expiravit. Nunciatum est fratri eius, cui nomen erat Stratocles, & misit ser- tentus.  
uos suos, dixitque eis, vt inter Biothanatos sepelirent eum. Ipse autem de facultati-  
bus eius nihil quæsivit, dicens: Non mihi permittat Dominus meus Iesus Christus,

N O V E M B E R.

700

cui credidi, vt ego de bonis fratriis mei aliquid cōtingam, nē polluat me crimen eius, quia Apostolum Domini ausus fuit pro amore pecuniae occidere.

Hęc autem gesta sunt apud Achaiam prouinciam ciuitate Patras, pridię Calendas Decembris: vbi etiam præstantur glorioſa eius beneficia vique in præsentem diem. Tantus autem timor inuasit omnes, vt nullus remaneret, qui non crederet Saluatori nostro Deo: qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

1.Tim.2.  
IOHANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI LAUDATIO IN SAN.

*Etum Apostolum Andream. Habetur in Simeone Metaphraste, septimo tomo Alofij.*

Nouembr.30.

Apostoli pifcatores.

Instrumen-  
ta Apoſto-  
licæ pifca-  
tionis.

Crux, rete  
Apostolicu-



ALIDVM est Apostolicae pificationis rete, admirabilis Andrea memoria, & eius retis commemoſatio, quo ad capiendas, & ad Christianam fidem attrahendas gentes viſus est. Sagena enim, qua immortales illi mortui viſi sunt, nulla temporis obliuione potest int̄ercipi. Non veteriſcent tempore illa venationis instrumenta, quæ non humana arte, ſed diuina gratia effecta ſunt. Quanis enim piftcatores ipſi à nobis excederint, nullo tamen temporis instrumenta, quibus illi viſi ſunt, aut sagena, qua mundum pifcum comprehendērunt, inueterata eſt. Qui cum retiſciunt, & extrahunt, non videntur, & tamen illorum retia plena conſpicuntur. Non arundinem illam poffederunt, quam tempus corrumpit. Non linum in aquam demiferunt, quod vetustate putreficit. Non hamum fabricarunt, quem rubigo consumit. Non eſcam in hamo poſuerūt, qua pifces caperent. Non in petra conſederunt, qua vndis quatir. Non in ſcapha nauigārunt, quam diſſoluit tempeſtas. Non pifces, hoc eſt, naturam rationis expertem, expiſcati ſunt. Sed quemadmodum ars illa, qua viſi ſunt, admirabilis: ita & illorū instrumenta, nova atque inuifitata extiterunt. Nam pro arundine prædicatione vr̄tūt, pro funiculo memoria, pro hamo potentia, pro eſca miraculi, pro petra cæli, ex quibus huiusmodi pificationem exercent: pro ſcapha habent altare: pro pifcibus Reges etiam ipſos capiunt: pro sagena Euangeliū expandunt: pro arte diuinam gratiam adhident: Crux, rete pro mari vitam humanam traſtant: pro retibus Cruce, velut ſagena quadam, viſi ſolent.

Gen.4.  
Exod.3.  
Num.17.  
Iof.10.  
1.Reg.1.  
3.Reg.16.  
4.Reg.2.  
4.Reg.13.

Quis vnquā vidit à mortuis piftatoribus viuentes homines, tanquam pifces, capi? O magnam Crucifixi potentiam, o diuina dignitas præſtariam, o Apoſtolorum ſumma beneficia. Nihil tale in vita eſſe potest, quale eſt Apoſtolice gratia ſaltigium. Multa certè vidit humana vita valde admirabilia, & opinionē ſuperantia. Vidi enim ſanguinem effuſum clamātem, & cædem ſine lingua vociferantem, ac naturam prop̄ter inuidiam contra ſe diuifam, fratrem germano fratri mortem inferētem, ac prop̄ter inuidiam contra ſe diuifam, fratrem germano fratri mortem patefactam. Vidi illam Noē arcā in mundi naufragio poſitam, & nature humana interitum. Vidi ſenem contra propria viceira, hoc eſt filium, fide armatum, & tanquam viſtimam eum offerri, qui eafius non eſt. Vidi benedictiones furto conciliatas, & formatoris Dei, ac ſerui palastram. Vidi inuidiam inter fratres exorram, & ſeruitutem regni conciliatricem. Vidi ſomnis paratum ſolum, & fratris infidiatores fame attractos. Vidi virgam miraculorum effectricem, & rubrum igne, tanquam rōre, circumfundit. Vidi legum latorem Moysēm elementis imperantem. Vidi vndas ipfas, tanquam lapides, ſolidas factas, profundum mare denudatum, viam repente ſtruētam, & columnā nubis in die, ac ignis in nocte populorum multitudini ducem ostēsam. Vidi virgam ſine terra germinantem. Vidi e cælo panis loco manna fundi. Vidi hominis oratione ſolem, tanquam freno quodam, ſiſti: & sterilis precibus impetratum, vt ipsa prophetam conciperet. Vidi farina pugillum frugibus copioſorem, & lecythum olei fontibus abundanter. Vidi currum in aere agitari, & prophetam affumi. Vidi denique mortui offi- vita remedium fieri. Multa talia magna & admirabilia vidit hominum vita. Sed illa tanquam foenum præterierunt, & extincta ſunt, vt lucerna, exorto ſole.

Nihil